



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Centvriæ Selectorvm Casvvm Conscientiae. I. II. III.tia**

**Burghaber, Adam**

**Fribvrgi Brisgoiæ, 1665**

50. Ivlitta post actum coniugalem non potest semen statim effundere, etiamsi ex conceptione & partu prolis periculum grauium dolorum, imò & vitæ sit subitura.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40942**

tisse ad malitiam, ideoque peccasse, ac iuste punitum à Deo fuisse, cum malitia præuenerit ætatem, & defectum huius suppleuerit: quoad punitionem blasphemie non præcognitæ ab hominibus fieri solitam, si ita est, dicendum, Iudices hos procedere ex præsumptione perfectæ aduertentiæ; quidquid iam sit, vtrum licet præsumptio hæc fiat. Ad 2. patet ex dictis.

L. Iulitta honestissima matrona post vrsimum suum puerperium lacrymans conqueritur Confessario suo, tres iam proles se habuisse, nullā autem harum à conceptione singularum sine dolore fuisse, in ipso autem partu præ magnitudine cruciatum semper in aperro vite periculo se extirisse: interim viro debitum coniugale porro denegare se non posse; scire proinde cupit, an non post actum coniugalem statim semen effundere, & sic sanitati, vitaque suæ consulere possit. Quæritur. Quid Iulitta dicat Confessarius?

Videtur, posse Confessarium hoc ipsi licetum dicere. Ita Facundez in Decalog. Tom. 2, l. 6. c. 3. num. 5. Ratio est. Tum quia apertum vitæ propriæ periculū & graues à conceptione dolores prævalent iuxta rectum ordinem vitæ alienæ, & valde adhuc incertæ prolis. Tum quia ex communi fere Theolog. licitum est coniugibus, copulam delectationis causâ incipere, & non absoluere, licet hoc modo etiam prolis generationem impediatur.

Resp.

Resp. Confessarium dicere debere Iulit-  
tæ, quod absque peccato lethali nunquam se-  
men ejcere possit post actum coniugalem.  
Ita planè plerique omnes Theologi. Ratio  
manifesta est. Quia quidquid intrinsecè est  
malum, nunquam licet facere. Sed impedire  
generationem prolis, quod fit per voluntariā  
seminis effusionem, est intrinsecè malum.  
Ergo &c.

*Ad 1. in contrarium dicimus, vitæ pericu-  
lum & dolores suos graues Iulittam alio mo-  
do cauere posse, nim. omittendo actum con-  
iugalem, vel deprecando, vel absolutè ne-  
gando, cum vxor in talibus circumstantijs ad  
eum non teneatur, ut communis habet TT.  
Ad 2. negamus paritatem, quia copula absque  
seminatione (proxima scil. causa generatio-  
nis) reputatur instar tactuum turpium, qui  
inter coniuges, cessante pollutionis periculo,  
liciti & permitti sunt.*

LI. Leovigildus Consiliarius Regius, ut è re  
& voluntate Principissui diversa negotia pertra-  
det, lites decidat &c. mirâ sollicitudine varios  
Doctores inquirit, & alium ex alio consulit, donee  
reperiat, qui ad placitum respondeat. Quaritur.  
Vtrum bonâ hoc Conscientiâ facere possit?

Videtur mortaliter peccare. Ita Navarr.  
in Sum. c. 17. n. 83. & Adrianus in 4. de Restit.  
Quest. de prescript. Dub. vlt. Movetur. Quia  
talis periculo errandi se exponit; timendum  
quippe,